

ff. eōd. cūm unusquisque suā voluntate potuerit locum reli-  
 giosum facere, inferendo mortuum in locum suum. Ita Jo-  
 seph ab Arimathea sepulcrum sibi construxerat in hortō. Ve-  
 rum hodie non ita privatī arbitrii est sepultura, inquit JCtus omni  
 laude major Dn. P. Struvius in Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 15. b.  
 80. sed in publicis sit cœmeteriis, hinc licitum quidem est, in alte-  
 riis parochiis cœmeterio sepulcrum eligere, non tamen in  
 loco planè non religioso & extra cœmeterium. Dn. Ziegl. d. l.  
 adeòque parochi prohibere non possunt, ne parochiani ali-  
 bi, quam in suā parochiā sepeliantur. Rict. p. 1. dec. 21. conf.  
 Oldendorp. d. Action. class. 2. aet. 9. Diximus: cuilibet liberum es-  
 se, propriam sibi eligere sepulturam, id quod locum habet  
 etiam in muliere nuptā, adeò, ut inconsulto quoqve maritō  
 id ipsi liceat c. 7. X d. sepult. si tamen uxor non elegit sibi pecu-  
 liarem locum, in sepulcro Viri est sepelienda c. 3. causa 13. q. 2.  
 conf. Carpz. d. l. def. 393. n. 5. & si plures Viros habuit successivè,  
 in sepulcro ultimi mariti sepelietur. c. 3. d. sepult. in oto. l. 10.  
 6 C. d. incol. lib. X. l. 13. C. d. Dignit. lib. XII. etiamsi reversa fuerit  
 ad domum patris. Abbas ad c. 7. d. t. n. 6. Eandem licentiam  
 sepulcrum sibi eligendi habet quoqve filius famil. etiam sine  
 assensu patris sui. c. 4. d. t. in oto. ratio est: quia in spiritualibus  
 & sacrī non attenditur patris consensus. c. ult. d. judic. in oto.  
 Sepultura autem est res sacra can. 12. causa 13. q. 2. Ungep. ad De-  
 cret. tit. d. sepult. m. 18. requiritur tamen ut sit pubes. Impubes  
 7 igitur sepulturam sibi eligere nequit: pater tamen filio impu-  
 beri sepulturam eligere potest d. c. 4. Durant. d. art. testand. tit. 9.  
 caut. 4. Impuberi similes sunt Religiosi, qui apud propria mo-  
 8 nasteria tumulandi, cūm velle vel nolle non habeant, ut loqui-  
 tur Pontifex c. fin. d. 1. Potest autem elec̄tio hæc fieri etiam me-  
 diante ultimā voluntate in testamento, Codicillis &c. Hinc  
 Quær. si testator in suō testamento dixit: jubeo corpus meum sepeliri in  
 tali Ecclesiā, & illi Ecclesiæ relinquere tale anniversarium, postea autem  
 mu-